8 1657. 14

MAVSOLEVM
MAIESTATIS
IOANNIS IV.
AVGVSTISSIMI REGIS
LVSITANORVM:

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



Et Vitæ, & Obitus
COMPENDIVM.

Digitized by Google

Digitized by Google

ALPHONSO VI.
POTENTISSIMO
LVSITANORVM REGI.

EN Tibi cōſecro, Rex Magne, Auguſtiſſimi Regis Parentis tui Mauſoleum, ſeu Virtutum ſuarum Cōpendium, cùm ipſe fuerit omnium Compendium. Ille Te nobis legauit viuam Imaginē ſui: nos illi erigimus hoc amoris noſtri monumentum: tu intueberis Compendium ad imitamētum: nos imaginem ad ſolatium. Videbis in IOANNE vno, primū, & ſubſequētes Alphōſos: nos in ALPHONSO totum IOANNEM; ſed nihil lubentiùs videbimus, quàm illam ſuam erga Patriam Charitatem, cui Te deſtinātum accepimus, ex ipſo ortus tui die, quem Pater triūphali manu coronauit,

ronauit, ob præclaras per id tẽporis vltra Anam victorias. Præcocẽ quidem ſortitus es militiæ ardorem, natales inter lacrymas Martias hauſiſti flãmas: palmæ latentes adhuc ſub faſcijs præripuère palmas: prius didiciſti Martem laceſſere, quàm Matrem vocare. Ex illo ardens populi erga te amor; Nihil æquè obſtringit ſubditorũ animos, quàm pro ſe belligerãtẽ videre Principẽ. De hoc Cõpẽdio cõpẽdioſum facies ad gloriã iter, ſi totus factus fueris patriæ defẽſor. Age verò, & inuictũ Alphõſi nomen, & omen explica, & tantã adimple mẽſurã; explicabis planè, & adimplebis, quia Tibi militat inexplicabis tuorũ amor; nec adverſa Natio vllos procreat Alexandros, qui Regios Brigantinæ Domus Nodos audeant diſrũpere.

Majeſtati Tuæ
Seruus Obſequentiſſimus
FRANCISCVS MACHADO.

Digitized by Google

IOANNI IV.
AVGVSTISSIMO
LVSITANORVM REGI,

PATRIÆ PARENTI

Luſitania parentat,
Non valens præ dolore Liberatori ſuo liberã vocẽreddere,
Honorariũ hoc Mauſoleum de eius Virtutibus compoſitũ,
Erigit, ſuſpendit, conſecrat.
Omnes Regias Virtutes, in alijs ſingulas,
In vno miratur ſingulares.

FELICITATEM,

QVà momento Luſitaniam Luſitaniæ reſtituit,
Liberam captiuæ, incolumẽ ægræ, conſtantẽ nutanti,
Armatam inermi, triumphantem victę, glorioſam ingloriæ.
Planè felix ex vaticiniorum auſpicio, ex oraculorũ cortinà,
Ex Numinis prouidentià, ex Cęlitum præſidio,
Ex communi hominum applauſu.
Non ab Aquilis, ſed ab Aris Regiam auſpicatus fortunam: *Nõ vt Claudius, ſed vt vt Trajanus.*
Villauiſſoſæ litans ſacra inter, & altaria,
Quando vocatus ad Coronam;
Vt ſcias, non minùs duraturam, quàm Aram.
Ambiguum: vtrúm felicior,
Ex felicitate proprià, an ex infelicitate alienà?
At diuturnitas probauit innatam illi eſſe fortunam,
Haud diuturna alieno pendens infortunio. *Vt Veſpaſ. Tacit. II. hiſt.*
Niſi eum adornarent tot, ac tãtæ nimio ſplẽdore virtutes,
Satis vna foret *loco omnium fortuna.*
Vſq; adeò bene fortunatus, vt palàm fateretur Caſtellanus, *Dictũ Marchionis Torrecluſſa.*

 Vel

Digitized by Google

Plutarch. Timoth. Vel Luſitanus factus eſt Deus, vel Deus Luſitanus.
Non appello Timotheũ; Fortuna enim Timotheo dormiẽti,
IOANNI vigilanti regna collegit in retia;
Herodot. l. 1. Tull. 3. de offic. Dixiſſem potiùs Gygis añulum geſtaſſe, niſi Gyges
Felicitate ſolus frueretur ſua.
Planè felix, ſed felicior, quia alios fecit felices.

MODESTIAM.

QVà ad coronam euaſit, non inuaſit.
Quamuis iure, & merito, plauſuq; Rex,
Regnauit rogatus, imò coactus.
Erubuit ſæpe ad purpuram priuatus, maior priuato,
Erubuit purpura ad Regem, quia minor Rege;
Cùm ipſe Luſitaniæ, non ipſi Luſitania ſufficeret;
Purpuram magis fecit, quàm inuenit:
Onerabant inſignia, quæ ornabant.
Nihil ore tumens, neq; habitu inſolẽs, neq; ſolio arrogans,
Videbatur parere, cùm imperabat.
Superbiam, commune nobilitatis malum, adeò exoſus,
Vt illi obnoxios laruas diceret, non homines.
Culpantibus hanc in regnando modeſtiam,
Mallo videri, reſpondit, *minùs Rex, quàm minus homo.*
Ad illud Math. 8. Homo ſum ſub poteſt. conſtit. Vt Traian. apud Plin. Ideo pluſquam Rex, quia ſemper homo:
Priús ſe agnoſcebat hominem, quàm potentem.
Talem publicus ſe exhibebat priuatis,
Quales priuatus ſibi optaret publicos.
Amabat auream Mediocritatem, ſed non mediocrẽ virtutẽ,
Quę Reges magnos traducit in maximos.
Itaq; ſuprà, non extra homines Princeps.

CHARITATEM.

Ex Tacit. 11. hiſtor. QVà erga patriã ęternũ ſe præbuit dominatibus exẽplũ
Tametſi conſcius glorioſa aggredientibus, aut ſũmũ, aut præcipitium.

Non

Non recuſauit patriæ libertatẽ vitæ periculo anteponere;
Ne ſola Græcia ſuum iactaret Codrũ, nec Emmũdũ Anglia.
Hæreditarium tamen ius patrio amore confæderatum,
Amouit periculũ, libertatem vindicauit, Coronã ſtabiliuit.
Ter Luſitania in libertatem aſſerta,
Ex Mauris per 1. Alphonſum,
Ex Caſtellanis per 1. Ioãnem,
Ex eiſdem per JOANEM IV.
Per ſingulos feliciter, per JOANEM IV. feliciús;
Nam ſine cruore libertas, ſine cæde victoria,
Sine labore palma, ſine prælio triumphus.
Patria, JOANES, tibi dedit lucis vſuram,
Eandem reddidiſti patriæ cum vſura;
Nimirum libertatem vltra ſortem;
At ſors tibi obtigit vltra votum:
Sola erat in votis libertas, venit vltra votum Maieſtas.
Conferrem te cum magno Hebræorum Liberatore,
Niſi ille liberaret patriam virga, tu amore.
Fatemur ingenuè plus tibi debere, quàm patriæ,
Patria nos genuit captiuos, tu miſiſti liberos.
Nec mors, rerum omnium Lethe, latices tibi infudit ſuos;
Imò tui immemor, noſtri memor;
Videbaris, vt decet principem, *mori ſtans*.
Tunc iuſſiſti ſcribere ad præfectos prouinciarũ, arciũque,
Stare expeditos ad ſubita, prouidos ad futura:
Exceſſit é corpore anima, non excidit animo patria,
Viuus moriebaris tibi, mortuus viuebas tuis.

Ex Caſſiod. l.4. Ep. 10. de ſuo Teol.

Ad illud Veſpaſ. in Suet. Oportet imperatorem ſtantẽ mori

PRUDENTIAM.

Quâ duce, & auſpice nihil non aupicató peregit.
Cynoſſurâ hac importuoſum non ſenſit Fortunæ portum,
Neq; incautus impegit ad cautes.

A Caſtellanis ſæpius parata. Tacit. 4. anni. Et ſi Pindarus ex leone & vulpe principem componat.

Mille proditionum Scyllas, mille Charybdes;
Mille eluſit, ac eliſit inſidiarum ſerpentes;
Diſſimulando tamen quaſdam, intelligens
Solum eſſe remedium, ſi non intelligantur.
Enimveró inerat illi Simplicitas callida, & ſimplex Callidi-
Sine fraude ſpolium (tas.
Quandoq; induens leoninum, nunquam vulpinum.
Fidebat, ac diffidebat.
Fidebat, quaſi crederet: diffidebat, quaſi non crederet.
Secretum Prudentiæ ſocium, illi adeó intimum,
Vt intimam dixiſſem eiuſdem tunicam,

Petrus Aragoniæ Rex, ſed prius Metelli vox. Plin. de vir. illuſt c.61. Aſſuerus. Auguſtus. Ioannes 2. Rex Luſit. Alcantara ſuburbiũ Vlyſiponenſe vbi item Regia.

Niſi conſiliorum conſciam quidam comburendã putaret.
Nihil tamen in eo ſecretum, præter ſecretum,
Gnarus Solis defectus æquê patere, ac radios.
Nihil ſine conſilio agens, neq; ex ſenſu pendens alieno,
Conſulebat, vt homo; imperabat, vt Rex.
Ob memoriã, Prudẽtię adminiſtrã, æternâ dignus memoriá
Feliciús nomina, ingenia, & ſuorum merita
Retinuit memorià, quàm alij Principes chartà.
In perpetuo, ac lubrico negotiorum fluxu, refluxuque
Nullus memoriæ lapſus.
Cuidam in aula Vlyſſiponenſi ſupplicem iteranti libellum
Supra ſex annos, reſpondit, Alcantaræ reſpondiſſe.
Non fallitur Princeps, quem recordatio non fallit.

PROVIDENTIAM,

QVâ reſtaurauit Luſitaniã, non modò moribus, ſed mę
Totam rem, agrariã iuxtà, ac maritimã (nibus:
Communijt turribus, operuit propugnaculis,
Munitionibus firmauit, armamentarijs cinxit,
Ornauit tormentis, ſtabiliuit præſidijs.
Mirum: auſus etiam muris includere Orbem in Vrbe.
Nouum Conditorem miratur Vlyſſipo:

Præha-

Digitized by Google

Præhabet IOANNEM, poſthabet Vlyſſem.
Oculatum gerens ſceptrum præuidit ſæpius, ac prouidit
Triſulcum illud malorum fulmen,
Famem ſcilicet, Peſtem, & Bellum.
Superaſti, IOANNES, magnum Hebræorum Principem,
Euaſit ille famem, fugit bellum, non peſtem,
Tu prouidus, ac præſcius euitaſti,
Annoná famem, ſanitate peſtem, pace bellum.
Scutum Prouidentiæ tuæ, velut Ancile de Cœlo elapſum,
Communes inter calamitates tuos ſeruauit incolumes.
Præſtantiùs ducens præcauere crimina, quàm punire.
Nouas rogaſti leges, quin abrogares antiquas.
Haud ſemper nouitas periculoſa;
Aliquando noua fuere, quæ nunc creduntur antiqua,
Orbis ipſe innouando perficitur.
Sed lex validior, tanti Regis exemplum.

Ægyptij Reges oculum in ſceptro geſtabans. Macrob. l. 1. c. 21. 2. Reg. 34.

Nouas leges condidit Reipublicæ vtiles.

IVSTITIAM,

QVâ indutus, adamantino pluſquam thorace,
Supra humanum ſe extulit faſtigium,
Vileſcere fecit Iulij Cæſaris thoracem,
Britannicis cælatum margaritis.
Oblatam non ſemel reſpuit ingentem auri copiam,
Pro remittendis reorum ſupplicijs.
Venalem non facio, dixit, *quæ opes calcat, Iuſtitiam*.
Pluris ęſtimo æquatis libratam ponderibus,
Quàm aurea Vniuerſi pondera.
Eo tamen vſus Poteſtatis temperamento,
Vt animaduerteret in delicta, non in delinquentes.
Didicit vel ex Flammà ſentes comburere, non ſontes.
Vitia demetebat, vt virtutes meteret.
Laudabat Iudices in iuredicundo liberos,
Non minùs in illum, quàm pro illo.

Sap. 5. Induit pro thorace iuſtitiam.

Exod. 3.

De Traiano Niceph. l.3. hiſt. Ec. c.23.

Renouauit Imperatoriam illam vocem.
Accipe pro me, & contra me. (tribunalibus,
Statis hebdomadæ diebus, ſupremis, ac ſinguli, preſidebat
Expediundis faciliùs ſeu iuſtitiæ, ſeu gratiæ cauſis.
Nam Regis præſentia præſentiſſimũ regiminis incitamẽtũ.
Eius iudicium in omnibus negotijs,
Narratione clarum, diſquiſitione perſpicax,
Deliberatione maturum. (mines,
Nõ quærebat magiſtratus hominibus, ſed magiſtratibus ho-
Nec ſola cunabula, ſed merita: quales, non vnde ſati.
Ariſtol. 1. Polit. 6. Mallebat tamen eligere nobiles, quám facere.
Meliores ferè, qui ex melioribus.
Præponebat ſpectatos commendatis;
Quia nemo facilè commendat, ſibi præponendos.

CLEMENTIAM.

Quâ temperabat Iuſtitiam, vt faceret clementem,
Aſpera miſcendo lenibus, amara dulcibus.
Temperatum quandoq; vitijs, quia ſupplicijs.
Non pæna ſemper, ſed ſæpius pænitentia contentus;
Culpa eſt totam perſequi culpam.
Imò quando non licebat condonare pænam,
Viſus eſt lacrymis expiare culpam.
Exod. 38. Eius in regendo purpurã crederes illam Talarem Tunicam,
Et tintinnabulis, & malis granatis diſtinctam:
Vt quos corriperet, recrearet.
Apoc. 1. In ore Gladius ad ſupplicia, in manu Stellæ ad beneficia.
Ad extremam occaſus ſui lucem ſplenduit ſuauiùs,
Vtì lumen ſolis iam iam cadentis;
Cõcilianit diſcordes morti proximus. Tunc iuſſit ſe coram venire quoſdam ex Primoribus,
Ob diſcordiam inter ipſos iamdiu retentos in cuſtodia.
Singulos benignè alloquitur, exoſculandam dat manum,
Inter amplexus cõmendat eiurare inimicitias, amare pacẽ,

Quá

Quá omnis Reſpublica ſtat,
Nauis eſt,integra nauigat,diuiſa naufragat,
O JOANNEM! Maximum æmularis Principẽ pacis.
Tuis viuendo induxiſti pacem,
Tuis moriendo legaſti pacem.

AFFABILITATEM.

Quâ incorruptâ maieſtate,ita ſe facilẽ,&humanũ exhibuit,
Vt publicũ crederemus priuatum, & priuatum publicum.
Redolens eam veterum Luſitanorum Regum facilitatem,
Ioannes,& Emmanueles,alioſq; proauos ſuos,
Viſu,& auditu ſimul referebat.
Imó ſi *purpura dijudicetur iuxta purpuram,*
JOANNI affabilitati adiudicabimus litem.
Externis maximé ita affabilis, & perhumanus,
Vt vnuſquiſq; putaret affari cum amico,& populari ſuo.
Nullum á ſê mæſtum demittens,
Omnibus idem,diuerſus ſingulis,
Vnus in officio,multiplex in vſu.
Et ſi maior á longinquo maieſtati reuerentia,
Nihilominus nec aſſiduus aſpectus, nec familiare colloquiũ
Authoritatem vnquam deminuit.
Obijcientibus non vacare periculo tantam facilitatem,
Fruſtra,aiebat,*terrore ſuccinctus, ſuorum amore non ſeptus.*
Tutius munimentum non egere munimento.
In foro videbatur habere ſolium non in domo;
Ne impediretur ingreſſus,ne præpediretur regreſſus.
Non minus patebat omnibus, quàm Sol.

Prouerbialis locutio apud Eraſm. Manut.

Vt Theodoſius ad Pacat. in Pan.

FORTITVDINEM.

Quâ recuperauit Braſiliam, Pernambucum, Maranauium,
Angolam,Ceilanum,Guineamq;
Dubitabis: fato magis,an facto?
Spectaculum fuit orbi,

Iam

Digitized by Google

Sola Dei manus tanti cordis capax.
Timendus tamen, quia neminem deſpexit,
Formidandus, quia neminem timuit.
Volubilem Fortunæ rotam immoto proterens pede,
De gradu, in quo ſemel ſtetit, non reuocauit greſſum
Niſi valida de nouo obuiaret ratio.
Prudentis eſt errata corrigere, ingenui fateri,
Improbi inhærere, ſtolidi inſiſtere.
Conſtans eius iudicium, non contumax,
Sciens facilè frangi, quæ flecti nequeunt;
Flexibilia ad rationem iudicia,
Quando flectuntur, vt palmæ,
Aſſurgunt in palmas.
Nouerat illud de principatu oraculum, pluſquã Delphicũ;
Beatiſſimum non cogi, miſerrimum non ſuaderi.

Comes ſequẽ equitũ magiſter a Luſitanis captus Forte. ad illud Prou, 24 Cor Regis in manu Dei.

Lipſius in ludic Polit. ad Reges.

LONGANIMITATEM,

Quâ longam ſibi ſtrauit ad immortalitatem gloriam;
Quâ *ſuſtinendo*, quà *abſtinendo*.
Quâ *ſuſtinendo*; (inſidias:
Quippe qui ſuſtinuit per tot años quotidianas Caſtellanorũ
Nunc illitas veneno, nunc medicatas auro,
Ferro etiam grauidas Uiperino.
Hinc Laurea vel ab Hoſte triumphalis.
Clarâ profeſſione, IOANNEM aliter vinci non poſſe;
Sed victus non ceſſit, qui nunquã animo cecidit.
Nam ſi Hannibal venenum habuit in annulo,
IOANNES antidotum in pectore.
Valuit Cæſar eludere toties victor
Pertinacem Martis aleam, non proditionis;
Satius, dixit, *eſt mori ſemel, quàm quotidie.*
Valuit tamen IOANNES, quia *præualuit animo.*
Quâ *abſtinendo*,

Epicteti ſententia.

Plinius.

Sueton. Plutarc.

Digitized by Google

Quippe qui à vindictà abſtinuit ſemper, *oblata* ſæpius;
Exiſtimans indignum Rege, ſumere in obſcuro,
Quam facilè, ſi Iuberet, poterat in aperto:
Quin etiam ab audiendis abſtinuit in Hoſtem conuitijs;
Maluit cum Alexandro ſuum euincere Darium
Armis, non linguis.

Alexãder increpuit militẽ detrahẽtem Dario Curt,

Pulchriùs ad felicem exitum triũphauit magnanima Virtus.
Vltima inter verba prima, & palmaris inclaruit vox:
Condono ex animo Regi Caſtellæ necem,
Sæpius fraude malâ paratam mihi.
O IOANNEM, viuam Supremi Regis Imaginem!
Si homines te non agnoſcerent Regem ex natura,
Agnoſcerent quidem ex venia.
Vel Latro cognouit Regem, quem audiuit *ignoſcentem*.
Condonatus fateretur Hoſtis ſuam tibi deberi Coronam.
Si cum Saule te ſuum recognoſceret Dauidem.
Vbi Saul Dauidẽ expertus parcentẽ, bis cognouit regnantẽ:
Ecce cognoſco, inquit, *quòd regnans regnabis*.
Cæteris enim parcere Regium eſt,
Regibus, pluſquam Regium.
Ergo IOANNES auguſtiùs regnauit moriens, quàm viuẽs.

Vt audiuit, ignoſce illis. Mox: Domine memento &c Luc.23.
1. Reg. 24. Iuxta Hebræum, vide Caeitan,

VERITATEM.

Quâ nihil ei gratius, vti nihil principe digniùs;
Amiſit dignitatem, qui *Veritatem*.
Innata illi hæc virtus, quamuis cæleſtis;
Ad Reges non illabitur, niſi è Cælo.
Vox illius aſſidua, & verè Regia:
Præſtat millies mori, quàm mentiri ſemel.
Lubentiùs audiebat loquentes ſecũ, quàm cum ſua fortuna.
Poſſidentibus cuncta, vnum deeſt,
Qui *verum* dicat.
Non defuere tamen IOANNI veraces Conſiliarij

Digitized by Google

Ne optimo Regi optimum inſtrumentum defuiſſet.
Contra illius ſententiam proferentes ſuam,
Non auertebat verbis, ſed alliciebat donis.
Penes ipſum nouum ambitionis genus,
Dicere ad iudicium, non ad placitum:
Subornabat, qui pro *Veritate* pugnabat.
Eius verba, ſine fuco, ſine lenocinio,
Nudam Veritatem referebant.
Adulatores, numos vocabat adulterinos,
Aſſentationibus malitiam inaurantes;
Eó digniores igne, quò pretioſiorem adulterant *monetam*.
Oderat ſimulata, quaſi ſimulachra.
Admirantibus Aulicis auſteram Regis vitam,
Quòd, nec ſæuiente frigore, chirothecas induerit:
Tam mentiuntur, inquit, *qui occultant manus*,
Quàm qui curant vultus. (cie.
Vſq; adeò a mēdacio alienus, vt a mētita etiā abſtineret ſpe

Amor erga veracem.

Oderat adulatores.

LIBERALITATEM,

Quâ Regias extendens manus ad munificentiam,
Contraxit ad prodigalitatem;
Ne Liberalitas liberalitate periret.
Senſim hauriendò fontem, nunquam exhauſit.
Nemo Luſitanorum Regum tot, ac tātas contulit fortunas,
Longo vitæ ſtadio, quot, ac quantas ille breui.
Perdere neſciens, donare ſciuit.
Creauit Duces tres: Marquiones itē tres: Comites ſeptem:
Confirmauit Marchionatus duo: Comitatus ſeptendecim.
Suſcitauit Comitatus quatuor.
Creauit Vicecomitatum vnum: confirmauit alterum:
Confirmauit Baronem vnum.
Quis numerare valeat alias etiam Dignitates, & Titulos,
Siue ſacros, ſiue profanos?

Quis præturas, præfecturas, magiſtratus, prioratus?
Iam verò Cōmendas, & eas quas dicimus tenſas, & pēſiones
Solus numerare audeat, qui neſciat numeros.
Hæc omnia, inquam, ſenſim, ne vnquam ſentiret
Pænitentiam, ſubitæ largitionis comitem.
Nam aperire totum fontem ſimul vni, vel multis,
Liberalitatis faſtus eſt, ſed infauſtus.
Subitò ſteriles fient aliæ felices plantæ,
Ob negligentiam premiorum.
Prouincias ſpectatis diuturnas eſſe ſinebat,
Vel *Liberalitatis* dono, vel regiminis experimento.
Non conualeſcit planta, quæ ſæpius transfertur.
Si facilè transferas,
Ex Tacito *Inuenies* alios homines, non alios mores.
11. hiſtor. Delinquenti tamen in vna prouincia, non credebat alteram.
Alibi, ſed non alius.
Ambiges: vtra munificentior IOANNIS *Liberalitas*,
Quæ donauit, an quæ negauit?
Vtraque Regia virtus eſt,
Et promerentibus munificentia, & immerentibus repulſa.

MAGNIFICENTIAM,

Quâ extruxit Regni arces, & publicorum operum moles,
Vel ad vſum, vel ad ornatum.
Quas inter ſuum etiam attollit caput, perennis ille Fons,
Ad frontem Palatij Apolline coronatus.
Laurea donandus Appollinari, Qui digniùs
Inexhauſtam cecinerit IOANNIS *Magnificentiam*.
Ipſum quoq; Cælū, *Rex Magne*, ditare viſa eſt *Magnitudo* tua.
Conībrica miratur nouū orbis miraculū mōtib, ſuis impoſitū
Tēplu ab ipſo ædificata Cænobiū ſcilicet, ac tēplum Reginæ Eliſabethæ conſecratū.
Fugiſti Mondam, vt conderes mundum.
Villauiſſoſa iactat, pluſquam auguſtam,

Prin-

Principem Aram, Auguſtino dicatam;
Quã ad ſtuporẽ erigẽs Brigãtinæ domus Principũ mauſoleis
Grãde feciſti Principibus additamẽtũ, Cælitibus ſpectaculũ,
Villauiſſoſa item prædicat Maximũ Conceptionis tẽplum,
Non modò a te magnificé auctum, ſed factum.
In Virginem illam tuam, ſine labe Conceptam,
Adeò profuſus, auro, gemmis, ac opibus fuiſti,
Vt pretioſiora orbis ei addicens in vectigalia,
Te quoque addixeris vectigalem.
Bernardo reſtituiſti ampliſſimos reditus, & honores,
Alcobacæ monaſterio ablatos per iniquã tẽporũ cõditionẽ.
Hæreo: vter magnificentior,
Qui donauit Alphonſus, an qui redonauit IOANNES?
Ignatio Societatis IESV Fundatori, in vitiorum ſtragem,
Fundaſti domum profeſſam Villauiſſoſæ;
Necnon Palatium Scalabitanum donaſti,
Vt nouum adderes miraculum veteribus Oppidi miraculis;
Palatium videlicet abiuit in Templum. (diã.
Ignatio rurſus reddi iuſſiſti ſedes, ac prouẽtus añuos ad In-
Ne deficerent alimenta pro animarum ſalute
Fatigantibus elementa.
Euchariſtico Deo Tutelari tuo, aſſurgit delubrum illud,
Pulcherrimo materiæ, ac artis certamine elaboratum.
In prodigij monumentum, in beneficij trophæum,
In deteſtandum perduellionis facinus.
Facta eſt Religionis domus, quæ fuerat proditionis occaſio
Attollitur HOSTIA, vbi cecidit hoſtis.
Sumptuoſas inter Auguſtalis domus acceſſiones,
Auguſtiorem poſuiſti Deo ſedem;
Quaſi puderet magnificentius tibi eſſe Palatiũ, quàm Deo.
Miramur ex immanibus bellorum ſumptibus,
Tot, ac tãtis ſubſtructionibus, tot, ac tãtos ſupereſſe theſau-
At nũquam magnificentiæ decrit, quod donet, (res.
Niſi donanti ipſa defuerit.

Quotannis B. V. ſine labe Conceptæ ſtipendium ſe tecit certis auri ponderibus.

Alcobacæ cænobium a 1. Alphonſo cõditum.

De hoc prodigio extat elogium à nobis in lucẽ editũ

Auxit, & refecit palatiũ Vlyſſiponeſe.

Digitized by Google

RELIGIONEM,

Quâ incenſus, plùs ſtuduit Fidei imperio, quàm ſuo.

Ob Fidei periculum recuſauit fœdus cũ Batauis ad Pernanbucum,

Quare pretioſam aliquando, ac *dulcem* imperij portionem,
Ne periclitaretur Fides, defraudare viſus eſt;
Quando ſcilicet aduerſùs ſiniſtra interpretantes
Pernambuci partem recuſauit demittere;
Sed Religio recuſanti partem, reſtituit totum.
Diſcite Principes ex raro per hanc ætatem facto,
Ditiones ſeruari integras per ſolam integram Religionem.
Quantas igitur animarum emolumento impenderit curas!
Quantos Fidei miniſtros adlegauerit ad Indos!
At ne videretur lucrum odorari ex occaſione,
Non attendebat regioni, ſed religioni.

Præſcriptum Marananij præfectis.

Cautum pœnis: ne quis audeat inſidiari ouiculis,
Ad caulam Fidei occurrentibus.
Nam ſi inhoſpitam inueniant, quam hoſpitalem credunt,
Fugam capeſcent, non Fidem;
Præfectorum magis auaritia, quàm obſequij impatientia,
Prætura vertetur in prædam.
Iö triumphe, IOANNES, canimus omnes, iö triumphe,

Virg. 1. Æn.

Religio tua exarmans nigri Memnonis arma,
Communi dicto abrogauit fidem,
Ethiopes dealbando.

Adagium apud Manut

Ditior ex hoc nigro, quàm ex aureo Iaſon ſpolio.
Qui ipſe, ſiquos in campo offendebas ruſticos,
Non dedignabaris inculcare Religionis rudimenta:
Nouum: *rude donatus* edocuit rudes.
Iam verò in Superos adeò pius, adeò benè animatus,
Vt quidquid aſpirabat in Principe, cælum ſpiraret.
Euchariſtico Numini
Ita totus inhians, vt ſe deuoueret totus.

Religio aduerſùs Euchariſtiam.

Comitabatúr pedes, vel vſq; ad humiles ægrotantiũ caſas,
Nihil

Nihil incõgruũ putans Maieſtati, quod congruũ Religioni.
In ſolennioribus Corporis Chriſti pompis,
Præferebat vnam, pro ſceptro, Sacræ Vmbellæ virgam.
Dubium argumentum: vbi magis timendus JOANNES,
In pompa, an in campo?
Pro JOANNE in campo pugnarem,
Niſi magnus Doctor plùs ſtuperet Dauidem
Saltantem, quàm pugnantem. — *D. Gregor, in ſine lib, 27, Moral,*
DEIPARAM ſine labe Cõceptã eo proſequebatur affectu,
Vt eius patrocinio totam crederet Luſitaniam.
Vidimus liberũ Principẽ Virgini Magnæ Matri emãcipatũ,
Quando *Immaculatum Decus* iureiurando aſſeruit.
Vidimus, & ad validum Regis exemplum,
Idem diximus Sacramentum. — *In regni comitys Vlyſſipone celebratis 25. Martij an. 1648*
Mirum dictu: ad MARIÆ conſpectum
Labis contagio eluitur in JOANNE, — *Luc. 2.*
Ad IOANNIS iuramentum
Labis opinio obliteratur in MARIA.
Religio quoque illius Cælitum inſudauit incremento;
Nẽpe vt Antonius à Cõceptione prodigijs, & virtutibus in-(clytus,
Diuinis adſcriberetur tabellis. — *Ex Congregatione ſancti Ioannis Euangel.*
Haud parcus Diuorum cultor, nec infrequens,
Qui cultibus non parcit, nec ſumptibus.

PIETATEM,

Quâ diuina humanis auxilia anteponenti,
Deſinebant fauſta, quæ videbantur infauſta.
Nulla dies ſine ſacro, nulla ſine ſuſis in Deum precibus;
Precariò regnare dixiſſem, niſi Deum precaretur.
Ita ad diuina, & *Pietatem* compoſitus,
Vt Muſicæ peritiſſimus modos muſicos ad ſacra cõponeret.
Quin ipſe, Caroli Magni exemplo, exerrantes in choro
Modeſtè temperabat. — *De Carolo Raderus t. 1 Bauar,*

Sed

Sed nunquam ardentiùs incaluit *Pietas*,
Quàm ſub inſtantis fati frigus.
In occaſu viſus eſt Oriens.
Imò Sol in meridie;ad meridianam enim lucem,
Non amiſit lucem, ſed emiſit.

Chriſt. Cruci affixus, excuſſo clauo, in acclamatione Regis Ioann. dexteram extendit.

Credidit felicem Animam Dei Crucifixi manibus,
Qui inaugurato refixerat manus.
Bis in libertatem aſſertus feliciter,
Manumiſſus à Deo,
Manumiſſus à Fato.
O Fortunatum Fatum!

Dies mortis ætatis & imperij ſpatiũ.

Sextâ Nouembris oculos clauſit,vt Deum videret.
A Natali Domini anno 1656.
A ſuo 52.ſupra 7 menſes,& 6. dies.
A ſuſcepto imperio 16.demptis 30.diebus.
Breue imperium contulit Fortuna,
Longiſſimum Virtus, æternum Mors.
Æquè deſideratus, JOANNES,cum regnare deſineres,
Ac fueras,antequam inciperes.
Hominum effugiſti ex oculis,non ex animis.
Vel non naſci,vel non mori debueras.
Heu ſerò datus,citò raptus.

Pōpa ſepulchralis.

Meritò effertur Curuli feretro,ceu triumphali curru,
Qui vel poſt obitum triumphauit.
Ad Mauſoleum,veluti ad Capitolium procedens,
Recognoſcis inter lacrymas ardentem tuorum amorem.

Conditoriũ

Cadauer Regale accepit,ne vnquam caderet,
Auguſtalis Vicentij Martyris Baſilica,
Quã 1. Rex Alphõſus in regiũ ſibi deſtinauerat Conditoriũ.
At ex Numinis prouidentiâ
Non conditur imperij Conditor,ſed *Reſtaurator;*
Vt ſcias plús eſſe reſtaurare, quàm condere.

Dignitas mauſolei.

Nemo Regum tam glorioſum ſibi poſuit monumentum,
Quàm JOANNES inuenit.

Eadem

Digitized by Google

Eadem Princeps Ara
Dei *Corpus* ſuſtentat, & IOANNIS corpus coronat.
Amoris artificio noluit a ſe Deus diſiunctum in morte,
Quem honoris officio nouerat ſibi coniunctum in vita;
Per Alphonſum recluſit Vrbem Vincentius ad triumphum,
Per IOANNEM occluſit ad munimentum:
Spolium mortis ceſſit in prodigium vitæ.
Ne victoriæ nomen, nec omen deficeret,
Suffecit ALPHONSVM Filium,
Sextum nomine, primum omine.
Vtrique benè conſultum,
Pater Filio ſuperſtes erit, Filius Patri.
Vterq; verus Patriæ Parens, quia vterque verus Filius.
Mauſoleum coronet triumphalis arcus,
*S*ic inciſo faſtigio.

Alphonſ. 1. Rex Luſ. per Vinc. portā a Mauris cepit Vliſ. Brand. 3 p. l. 10. c. 28.

IOANNI IV.

REGI AVGVSTISSIMO,

Luſitano, Africano, Aſiatico, Braſilico,
Liberatori feliciſſ°. Reſtauratori fortiſſ°.
Seruatori conſtantiſſimo,

PATRIÆ PARENTI,

Religionis Propagatori, Fidei Defenſori,
Inſidiarū Vindici, Amicitiarū Reparatori,
Vaticinijs prodigioſo, victorijs præclaro,
Virtutibus inclyto,
A Cælo donato, à Cælo rapto.
Qui

Digitized by Google

Regnauit inuitus, vixit inuictus,
Quieuit armatus, vicit pacificus,
Obijt fortunatus, abijt glorioſus.

POSVIT

Ex Regis decreto,
Ex Amoris incitamento,
Ex Religionis obſequio,
P. FRANCISCVS MACHADO.
Ex Societate IESV.

Digitized by Google

DVCES, MARCHIONES, COMITES, VICECO-
mites, Barones Creati, vel Suſcitati, vel Con-
firmati á IOANNE IV. Luſita-
niæ Rege.

DVCES CREATI.

1. Petrus Luſitaniæ Iſſans, Ipſus Regis, & Reginæ Luiſiæ Filius.	Pacis Iuliæ.	Beja.
2. Eius Succeſſor futurus.	Villæ Regalis.	VillaReal
3. Nunius de Mello Aluares Pereira, ex Marchione Ferreriæ.	Cadaualis.	Cadaual.

MARCHIONES CREATI.

1. Alphonſus de Portugalia, ex Comite Vimioſij,	Aguiarij.	Aguiar.
2. Vaſcus à Gama, Almirãtus Maris Indici, ex Comite Vidigueriæ,	Niſæ.	Niſa.
3. Aluarus de Caſtro ex Comite Monſancti,	Caſcarij.	Caſcaes.

COMITES CREATI.

1. Ferdinandus Maſcareneas,	Serenis.	Serem.
2. Matthias Albuquercius,	Allegreti.	Alegrete.
4. Antonius Tellius Meneſius,	Villæ Paucæ.	Vil.Pouc.
4. Ferdinandus Tellius á Sylua,	Villaris Maioris.	Villar ma.
5. Ioannes à Coſta,	Sourij.	Soure.
6. Antonius de Noronea,	Villæ Viridis.	Vil.verde
7. Luiſius Lobo à Sylueria, ex Barone Aluiti,	Oriolæ.	Oriola.

VICECOMES CREATVS.

1. Petrus de Caſtellobranco,	Pomberij.	Põbeiro.

COMITATVS SVSCITATI.

1. In Franciſco de Faro,	Odemiræ.	Odemira
2. In Ferdinando Meneſio,	Eiriceriæ.	Eiriceira.
3. In Michaele de Almeida,	Abrantij.	Abrantes.
4. In Franciſco de Souſa,	Prati.	Prado.

MARCHIONATVS CONFIRMATI.

1. *In Nunio de Mello Aluares Pereira,*	*Ferreriæ.*	Ferreira.
2. *In Ioanne Syluio, Maximo Æconomo,*	*Gouueæ.*	Gouuea.

COMITATVS CONFIRMATI.

1. *In Antonio Luiſio Meneſio,*	*Cantanhedÿ.*	Cantanh.
2. *In Ioanne Rotbericio de Sâ, & Meneſio,*	*Penaguionis.*	Penaguiã.
3. *In Luiſio Aluares de Tauora,*	*S. Ioan. à Piſc.*	S.Io.da P.
4. *In Ioanne Syluio, Æconomo Maximo,*	*Ameæ.*	Portaleg.
5. *In Martino Alphonſo de Mello,*	*Sancti Laur.*	S.Lourēç.
6. *In Luiſio à Sylua Tellio,*	*Aueirarum.*	Aueiras.
7. *In Luiſio à Sylueira Lobo,*	*Sarzedarum.*	Sarzedas.
8. *In Franciſco Maſcarenia de Caſtellobranto,*	*Sabugalis.*	Sābugal.
9. *In Nunio de Mello Aluares Pereira,*	*Tentugalis.*	Tentugal.
10. *In Franciſco à Gama,*	*Vidiguertæ.*	Vidiguei.
11. *In Ioanne Maſcarenea,*	*Turris.*	Torre.
12. *In Luiſio de Caſtro,*	*Monſancti.*	Mõſãcto.
13. *In Luiſio de Portugalia,*	*Vimioſÿ,*	Vimioſo.
14. *In Georſio Maſcarenea Meneſio,*	*Serenus.*	Serem.
15. *In Petro Lancaſtrio.*	*Figueiroÿ.*	Figueirõ.
16. *In Michaeli de Portugalia,*	*Vimioſÿ.*	Vimioſo.
17. *In Rotberico Caſtro Tellio Meneſio,*	*Vnhonis.*	Vnham.

VICECOMITATVS CONFIRMATVS.

1. *In Didaco de Lima Brito.*	*Villænouæ Seru.*	Serueira.

BARONATVS CONFIRMATVS.

1. *In Ioanne Lobo à Sylueria,*	*Aluiti.*	Aluito.

Hi ſunt Duces, Marchiones, Comites, Vicecomites, & Barones, quos (à nobis, nō ſeruato neq; temporum, neq; locorum ordine) noua Charta confirmauit, vel ab exceſſu Anteceſſorum, vel in vita Parentum, ſeu Conſanguineorum ipſorum, honoris cauſa.

Alios duces, Marchiones, & Comites, quos à Regibus Anteceſſoribus creatos inuenit, per Diploma Generale, quemadmodùm alios Titulos, Dignitates alias, alias Præfecturas, Officia alia, & Beneficia, &c.

Firmauit, Confirmauit.

Digitized by Google

CASTELLANORVM ARCES, CASTELLA, & Oppida nobiliora, quæ IOANNES IV. Luſitaniæ Rex, vel igne, ferroq; funditus euertit: vel præſidio occupauit, occupatq;.

EX *Regno Caſtellæ Nouæ, & ex Regno Bæticæ Regionis, quà obuia Tranſtaganæ, Prouinciæ Regni Luſitaniæ.*

Valuerde.
Membrilho.
Alconchel, *munita præſidio Luſitano.*
Barca Rota.
Villar de Rey.
Maſanete.
Villanoua del Freſno, *iam exuta, quo fuerat ornata, præſidio, ob cæli inclemẽtiam.*
Montijo.
Telena.
Galiceira.
Poebla.
Figueira.
Cheles.
Salualeam.
Oliua, *Luſitano præſidio retẽta.*
Almendral.
Torre.
Alboſeira.

EX *Regno Caſtellæ Veteris, & Legionis, quà obuia Beirẽſi prouinciæ Regni Luſitaniæ.*

Fontes.
Naues Frias.
Caſillhas.
Eljas.
Valuerde.
Valdelamula, *cum caſtellis, & tota ſua ditione.*
Frexeneda.
Guardam.
Galegos.
S. Martinho de Tubejo.
Aldea del Obiſpo.
Villar de Ceruo.
Egoa.
Villar de Porto.
Barquilha.
Almaneda.
Poebla da Vaza.
Tuera.
Arganham, *cum omnibus ſuis pagis per 7. leucas.*
Pedralua.
Eſtoruilho.
Aluergaria.
Moraleja.
Guinaldo.
Sarça.
Peroſim.
Penha Parda.

EX *Regno Galleciæ, quà obuia Interamnij Prouinciæ Regni Luſitaniæ.*

Saluaterra: *nobile quidem oppidum, nunc nobilius præſidio Luſitano.*
Porto.
Gorga.
Quintas.

Digitized by Google

Villar.
Barca de Gagam.
Linhares.
Roſal.
Sotados.
Ribarteme.
Cibram.
Vide.
Padrenda, *cum 9. pagis.*
Soreira,
Pella.
Alcobaça.
Compoſtella.
Salgozo.
Taboja, *cum 8. pagis.*
Paracham.
Mamora.
Terroreos,
Valle, *cum vndecim pagis:*
Azeredo.
Lobeiros.
Loboreiro, *cum decem pagis.*
Buſcalque.
Euintela.
Lantemil
Ilha.
Intrimo, *cum tota ſua pagorum multitudine.*
Frieira.
Val de Grou.
Banice.
Cham de Caſtro.
Lobeira, *cum 28. pagis.*
Vilarinho.
Sanƈta Chriſtina.
Lobios, *cum 8. pagis.*
Daſteris, *cum 6. pagis.*
Tamugem, *cũ tota ſua ditione.*

Grijô.
Peſqueiros.
Ferreiros.
Gogende; *& alia multa oppida & caſtella cũ pagis.*

EX *Regno iterum Galleciæ, & ex Regno Legionis, & Caſtellæ Veteris, quà obvia Traſmontanæ Provinciæ Regni Luſitaniæ.*

Madegos.
Cotta.
Enxames.
Villa de Rey.
Fezes de cima.
Vimbra.
Tamagelos.
Pedroſo.
Samilham.
Sarzeda. *Cum 6. pagis.*
Roſal.
Moura.
Medeiros.
Chacoſo.
Valle de Sallas, *cũ omibus ſuis pagis, & villis.*
Flor de Rey.
Tenegoſo, *cum 9. pagis.*
Veiga.
Varja.
Brinco.
Villar.
Bouſes.
Izeu.
Villarinho da Cota.
Mandim.
Bede ſerte.

Ca-